Fragmentarium

Alleluia. Salve crux sancta
salve mundi gloria redemptio populi
tenens paradisi. Alleluia. Dulce lignum
dulces clavos dulcia ferens ponde-
ra que sola fuisti digna sustinere
regem celorum et dominum. Prosa.
Laudes crucis attollamus
nos qui crucis exultamus
speciali gloria. Dulce melos
tangat celos dulce lignum dulci
dignum canimus melodia. Voce vi-
ta non discordet dum vox vita non
remordet dulcis est symphonia.
Servi crucis crucem laudant qui
per crucem sibi gaudent vite dari mu-
nera. Dicant omnes et dicant singuli
ave salus totius seculi arbor saluti-
fera. O quam felix quam preclara fuit
hec salutis ara rubens agni s[...]
[...]ne agni sine mac[...] mun-
vit secla ab antiquo [...]
est scala peccatorum [...]
ad se traxit [...]
hec ostendit [...]
or confi[...]
cramenta[...]
crucis [...]
fecit [...]

Nulla salus est in domo ni-
si cruce munit homo superliminaria
Neque sensit gladium nec amisit
filium quisquis egit talia. Ligna
legens in Sarepta spem salutis est
adepta pauper muliercula. Sine
lignis fidei nec lechitus olei valet
nec farinula. In scripturis sub figu-
ris ista latent sed iam patent crucis
beneficia. Reges credunt hostes ce-
dunt sola cruce Christo duce unus
fugat milia. Ista suos fortiores
semper facit et victores morbos sa-
nat et languores reprimit demonia.
Dat captivis libertatem vite confert
novitatem ad antiquam digni-
tatem crux reduxit omnia. Divisio
O crux lignum triumphale mun-
di vera salus vale inter ligna nullum
tale fronde flore germine. Medicina
[...]os egros sana q
[...]na fit in tuo nomine
[...] laudi consecrator
[...]os tue crucis
[...]cis transfer ad
[...]to vis servire
[...] ei dies
[...] sempiterna gaudia

License: cc-by-nc-sa – Košice, Archív mesta Košice, fond Magistrát mesta Košice, Odd. Supplementum H, sign. H III/2 mac 40, 2r – Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u17w/7914/62942)